

bur fidei non defecit. Consumpta est corpus & mens  
non potuit inclinari. Interit substantia & prestetit patien-  
tia, si ergo frequenter ab una puella uictus es quomodo spe-  
rastant quatuor & tam fideles multitudines fidei te posse eun-  
cere. Non audis dñi uocem dicentis quia ubi duo aut tres sunt  
congregati in nomine meo ibi sum & ego in medio eorum quid  
ubi tanta fidelium multitudo est caritatis nexibus uncti non er-  
ego propria uirtute confidendi habeo scripturam dñi mei manu in  
ipsius teneo ille mihi cautio satisfacta est illa me securam redde-  
& intrepidum & iam si orbis terrae commoueatur ego cautio-  
nem dñi me teneo lego manu in eius ipsa mihi murus est in expug-  
nabilis uultus mihi obis recto dñi cautionem ecce inquit ego uobis  
cum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Xps me  
cum est quem tamen ego & iam si fluctus insurgat & iam si totum pela-  
gus aduersum me conturbetur & iam si principium furor omnia  
mihi ista araneae erunt. & araneae fragiliora & nisi propter fra-  
gilitatem uestram hodie iam non dubitarem ire quouellent sem-  
per enim dico dñe tua uoluntas fiat non quod ille uult uelille  
sed quod tu uis tua uoluntas mihi turris fortissima & praestabilis  
& baculus fidus. si tuus permanere me hic habeo gratiam. si non uis  
similem refero gratiam. Non uos conturbet fr̄s orationum. haec  
enim diabolus mouet non aliam ob causam quam ut re religiosa  
studia uestra dirumpat. & exercitia uestra que in orationibus  
& in uigiliis gerebatis extingant sed non obtinebit pecceripit  
a uobis studia religiosa nisi quia sollicitiores uos inueniat & fer-  
uiores efficiat. Crastina uobis cum exeam adorationes & ubi ego  
sum ibi & uos eritis & ubi & uos estis ibi erit & ego unum corpus  
sumus neque caput a corpore neque corpus a capite separabit  
& tam si loco diuidamur sed caritate coniungimur. ego uobis nec  
morte diuellar. si enim sic corpus meum moriatur anima mea uiuit